

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. II. Solvuntur obiectiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

Archangelos penè omnes sacri eloquii pagina te-  
flantur, variis inter se nominibus, ordinibus, of-  
ficiisque distinctiones. Nominibus; nam Michaë-  
lem, Gabrielem, Raphaëlem, S. Scriptura com-  
memorat. Ordinibus; nam ex Apostolo novem  
Choros, sive Ordines Angelorum colligit idem  
S. Pater loco inferius referendo. Officiis; licet  
enim omnes sint administratorii Spiritus. Heb. 1.  
variis tamen in Divini imperii executione functioni-  
bus sunt distinctiones. Alii quippe referuntur As-  
sistentes Daniel. 7. Alii ad nuncianda Divina  
beneficia Legati Luc. 1. Alii hominum Cujusdam  
& Reffarces. Matth. 8. Ipsos eis hominibus,  
totoque proin mundo superiores, discimus ex  
Epist. ad Heb. c. 2. & Psl. 8. ministris cum  
paulo minus ab Angelis. Ex 2. Pet. 2. Angeli  
virtute & fortitudine cum sint majores. Ex  
cultu & adoratione à Sanctis exhibita, ut ab Abra-  
ham Gen. 8. à Ioseph c. 5.

2. An iste spirituales substantiae omnis corporeæ  
molis & concretionis essent expertes, dubitam-  
se videntur, aut etiam contrarium sensisse qui-  
dam ex antiquis PP. velut Laetant. l. 2. Divin.  
Instit. l. 14. Ireneus l. 4. cap. 70. Tertull. l. 3.  
de veland. Virg. c. 7. & alii. Esse expertes tam-  
en fatis aperte ostenditur primò in S. Textu,  
ubi Angeli crebro Spiritus appellantur, citato  
primum c. 1. ad Hebr. administratorii Spiritus.  
Luc. 11. Assumis alios septem Spiritus, &c.  
Apocal. 1. à septem spiritibus, qui in conspectu  
Tironi ejus sunt. Atqui S. Scriptura stylus vo-  
cem Spiritus capit pro substantia incorporea, uti  
cùm dicitur Joan. 4. Spiritus est DEVS. Matth.  
27. emitte Spiritum. Luc. 24. Spiritus carnem &  
ossa non habet. Secundò abstulit locum dubi-  
tandi Concil. Lateranense in cap. firmiter hanc  
doctrinam proponens. Quod DEVS simul ab  
initio temporis utramque de nibilo condidit crea-  
taram, spiritualem & corporalem, Angelicam vi-  
delicet & mundanam, ac deinde humanam quasi  
communem ex Spiritu & corpore constitutam, &c.  
ubi vides naturam spiritualem & Angelicam con-  
traponi naturam mundanam (hoc est corpoream) &  
humana, h. e. ex Spiritu & corpore constituite.  
Accedit integra cohors SS. PP. quos vide apud  
Salmanticenses & alios.

3. Has ipsas spirituales intelligentias contra  
crassam mentis sive Atheistas & Sadducæos, sive  
Atomistas, quorum illi nullos, isti corporeos  
solum genios, & minimis Atomis conflatos, in-  
spectabilis forma cum Platonis affirmabant,  
probat experientia. Cui enim alteri adscribas  
mirabiles effectus, qui omnem naturam corpoream  
virtutem superant, cum Egyptiorum Magi incanta-  
tionibus (quas omni activâ virtute natura  
desstituit.) producent ranas? Cum Apollonius  
Tyaneus & Domitianus Imperatoris, totiusque  
Aulae conspectu momento subducitur? Cum  
peregrino idiomate loquuntur, pangunt carmina,  
pandunt lecreta, horum omnium ante  
rudes Energumeni? Cum vel Memnonis statua,  
vel mensæ Gymnosophistarum, vel Apollinis  
tripus, vel Pythonisœ venter vadidè vocalis  
efficiunt? Cum per catopromantiam rerum re-  
motissimum imagines pinguntur in speculo?  
cum Claudia Vestalis navim integrum in yado

harentem Zonâ trahit? Sanè isti aliisque immo-  
meri effectus, artesque præstigiorum handa-  
teri, quām spirituali substantiæ, corporis ce-  
perti, variè tamen corpora temperant & in  
corpora imperanti, illa agenti, moventi addic-  
tis possunt.

Rationem addit S. D. quast. sc. art. 1. de  
perfectionem, inquit, Universi pertinet, quia  
sunt aliqua creatura intelligentia; ne videlicet  
perfectissimus gradus esendi desinet Univer-  
sitas, oportuit dari quasdam creaturas perti-  
nentes intellectu & voluntate operari maxime  
similes. Neque refert, quod gradus vita intel-  
lectiva jam reperitur in homine: reperire  
quippe modò imperfectò, unde ne in perfecti-  
fimo gradu esendi deficeret universem, de-  
cebat creari Angelum, in quo illi gradus pa-  
scere invenirentur.

Præterea. Si Angelus foret corporeus, esse  
talis vel ut quod, vel ut quo. Non si quod  
nam corpus & materiam intellectivam reperi-  
nare aliunde suppono. Non enim, ut quod  
nam primò si esset forma corporis, ut anima  
rationalis, haberet connaturaliter quasdam op-  
erationes corporeas & materiales. Sed quis il-  
las? Secundo. illud corpus esset organum &  
quantitate prædictum: quod puto iugur mali  
Dæmones simul quandoque humanum corpus  
invadenter? momento ab uno in alium loca  
se transferrent? loca clausa penetrarent? &c.

Sed an non forte materia spiritualis Angelus  
possit tribui? quæ cùm esset solam spirituali  
quantitate prædicta, Facile objecta incommoda  
efugeret? Verum sicut spiritualis substantia  
essentialiter est intellectiva; sic substantia ma-  
terialis essentialiter est non intellectiva; videlicet  
in Tract. de DEO diximus: Sicut ergo im-  
plicat eandem omnino substantiam esse non  
esse intellectivam, esse principium & impul-  
suum intellectualitatis, ita implicat ma-  
teriam esse spiritualis, esset enim necessaria  
materia immaterialis, corpus incorporeum, in  
jam non esset materia sed forma, quæ omnia  
portenta Philosophica ratio refutavit. Nec no-  
nus implicat quantitas spiritualis, quām qua-  
titas inextensa, ut ex Philosophia suppono.

## §. II.

## Solvuntur objectiones.

Obijctis primò è S. Scriptura, Angelis in-  
obui vim generativam & periculum con-  
piscenda forma feminæ: illam Genel. 6. ali-  
juxta 70. interpretum versionem, videntis An-  
geli filias hominum, quid essent pulchra, au-  
perunt ex iis uxores, & generuerunt Gigantes. Illi  
verò in 1. Corinth. 11. ubi Apolitus praepri-  
volari mulieres in Ecclesiæ propter Angelos. In  
super rebus corporeis torqueti, & fugari da-  
mones, confat ex 1. Reg. c. 16. Tob. c. 6  
idique comprobant Ecclesiæ praxis. cocommo-  
nes per lacra numismata, Agnos DEI, aqua-  
herbas benedictas, &c. adeoque per signa cor-  
poream fugantur; corpori autem in purum spiri-  
tum nihil licet.

Respon-

Respondeo. Per Angelos, aut ex stylo vulgatae, profiliis DEI intelligi posteritatem Seth, cui paginis sanctitas hanc appellationem conciliavit. Apololum vero Angelorum nomine intelligere. Sacerdotes, quos eodem nomine honoravit Machab. cap. 2. Porro, quod dæmones torqueantur igne corporeo, Divina virtute accidit, ignem corporeum, seu Divina Justitiae instrumentum elevando ad producendum in damnatis spiritibus doloriferam & spiritualem qualitatem, ut infra in disput. penitus deducemus. Corporei vero rebus & signis variè fugantur dæmones, nam alii quando luni invocationes quadam Divine omnipotentiam, quibus positis DEUS suā virūte reprimit potefates tenebrarum, aliquando per illa naturali virtute dissipantur maligni humores, quorum concitatione subinde demon homines vexat: alias sunt signa Sanctissimæ Passionis & Redempcionis, quorum intruitum dæmon expavescit, Deusque ad largiendam majorem gratiam movetur.

Obijecies secundò. Concilium Nicænum secundum act. 5. approbat sententiam cuiusdam Joannis Episcopi Thebalonic. dicentes: posse Angelos depingi, quia sunt corporei, & apparuerunt hominibus in forma corporeia. uti & nonnulli è PP. Angelos appellant corporeos & animalia rationalia.

Respondeo ad authoritatem Concilii, sententiam Episcopi sive Concilio approbatam de pingendis imaginibus Angelorum, non autem causalem: sicutem loquitur Concil. act. 4. *Iconas hominum Sanctorum, etiam & incorporalium Angelorum; ut homines enim justi apparuerunt.* Porro dictum illius Episcopi Joannis, cum aliorum PP. non incongru exponi possint primò, quod voluntate indicare Angelum non esse purum, sed potentialitatē tamquam materia metaphysica permixtum. Secundò, quod Angeli in corporibus assumptis, sibiique per extrinsecam aſſumptioνem unitis appare soleant. Tertiò, quod sunt vera substantiae sui qualitatibus exornata. Quartò, quod sunt loco corporeo definiti, & in illo moveantur.

Obijecies tertio. Genus sumitur à materia, scit differentia à forma: sed in Angelis datur genus & differentia: ergo & in iisdem concedenda est materia.

Respondeo primò. Majorem locum habere solummodo in substantiis, quas constat esse corporales, non absolute in communis.

Respondeo secundò. Genus sumitur à materia physica, vel metaphysica, que nimurum est potentialitas ad esse, concedo, tantum à materia physica, nego. Sed haec ad Philosophiam.

3. Seguitur ex hucusque dictis Angelos esse ab infinito incorruptibiles, & immortales; ac proinde illorum esse non tempore, sed aeo mensurari. Nam carent omni infinito principio corruptio- nistam remotu & radicali, quod est materia prima passiva, nullius formæ receptione latibilis, quam proximo, quod sunt contrariae qualitates. Ideo

naturali inclinatione exigunt perpetuati & conservari in DEO, à quo solo in suo esse, & conservari dependent.

## §. III.

*Locus & tempus creationis Angelorum.*

Quæres primo: Quo loco, intra videlicet an extra Empyrei cœli spatia Angelii fuerint conditi?

Respondeo cum S. D. q. 102. a. 4. sive condito in cœlo Empyreō, ita probabiliter colligitur ex illo Ezechielis 28. Ubi de primo Angelo sub tipo Principi Tytorum dicitur. *In deliciis paradisi DEI fuiſti;* atqui patadifus DEI, in quo DEUS aternas delicias explicat, non est cœlum aliquod Sydereum, sed Empyreum: ergo. Et longe clarius ex illo Christi Luc. 10. *Videbam Satanam sicut fulgar de cœlo cadentem.* Unde & Strabon à S. D. allegatus, super illud Genet. 1. *In principio creavit DEVS cœlum & terram,* sic inquit: *Cœlum non visibile Firmamentum hic appellat, sed Empyreum. i. e. igneum, vel intellectuale, quod non ab ardore, sed a splendorē dicitur, quod statim factum Angelis est repletum.*

Opponit Suarez primo: Lucifer I. 14. intro. 11. ducitur affectans sedem in cœlo Empyreō. *Ascendam in cœlum, similis ero Altissimo.* Nondum igitur fuit in cœlo. Secundò. Conveniebat, ut homo conderetur, extra paradyſum terrestrem, ergo eriam ut Angelus conderetur extra paradyſum cœlestem.

Respondeo ad primum, per ly *cœlum* illo loco significari non locum, sed thronum. h. e. dignitatem SS. Trinitatis, quam Lucifer inordinatè appetit, modo inferius explicando. Ad 2. accipe disparitatem è D. Th. loc. cit. ad 1. *Cœlum Empyreum est locus congruus Angelis, quantum ad cœrum naturam, & ideo ibi sunt creati, sed paradyſus terrestris erat congruus habitationi humanae, quantum ad gratuum & supernaturale domum incorruptionis: unde ut status incorruptionis magis gratia ad scriberetur, quam natura, fuit convenientius, ut homo extra paradyſum conderetur.*

Quæres secundò. An ante hunc mundum vi. 12, fibilem Angelii fuerint conditi?

Respondeo. Negativè cum communi D. D. & colligitur, fatis aperte primò ex Concil Lateranensi in citato C. firmiter affirmante. *DEVUM simul ab initio temporis uramque de nibilo condidisse naturam &c.* Secundò ex cap. 20. Exodi, ubi dicitur, *DEVS sex diebus facit cœlum & terram, & mare & omnia, quæ in eis sunt:* sed Angelii sunt intra has mundi partes: ergo & DEUS illos intra sex primos dies condidit.

Neque refert, quod Moyses historiam creationis pertexens, nullam Angelorum mentionem faciat: principialis quippe intentio ipsius fuit, hujus corporeæ machinæ descriptionem suscipere, quamvis etiam cum dixit, DEUS in principio creavit cœlum, Angelos, veluti contentum in continente, tacite subintellexerit.